ciali. ergo hic pro eo sumitur. Dicendum ꝙ sermones sunt intelligendi ſm materiam subiectam. sed hic loquimur de formis accidentalibꝰ sic in proposito sumitur quale pro quali accidentali.

Ar Ista diffinitio nõ ꝯuenit omni qualitati ergo nõ est bona. Añs ꝓbat̃ q2 nõ cõuenit qualitatibus remissis sicut caliditati in aqua tepida. neq3 illis que insunt ſm ꝑtẽ sicut est albedo in dentibꝰ ethyopis. Etiã nõ ꝯuenit qualitatibus que insunt subiecto vt nũc sic est rubedo causata ex verecũdia q2 ab illis subiecta nõ denominant̃. Dõm ꝙ subiectũ dupliciter denoiat̃ ab aliqua forma. vno° simpl'r ⁊ ꝑfecte ⁊ sic oportet ꝙ sibi insit satis intense extense ⁊ ꝑtense. Alio° ſm quid ⁊ impfecte ⁊ sic sufficit ꝙ insit impfecte ſm ꝑtem ⁊ vt nũc sed diffinitio intelligit̃ de vtroq3 mõ denoiandi. vt superius fuit declaratũ.

Ar Albedo in sacramẽto altaris ẽ qualitas ⁊ tamẽ nõ denoiat subiectũ quale cũ illud nõ sit. Dicendũ quãuis nõ denoiet subiectũ qd̃ quale tamẽ denoiat subiectũ quo qd̃ ẽ ꝗ̃titas. Vel dicendũ ꝙ dicimur in diffinitione dicit aptitudinẽ ⁊ valet. i. nati sumꝰ denoiari ⁊ h̃ etiã ꝯuenit accidentibꝰ in sacramẽto altaris cũ ſm eas subiecta sint apta nata dici qualia. q2 si essent in subiecto tũc ſm ea subiecta dicerentur qualia. Textus

**Est autem qualitas eorum que multipliciter dicuntur.**

Postq3 Aresto. determiauit de qualitate diffinitiue. hic ꝯ̃ñr incipit determiare de ea diuisiue. et diuidit̃ in duo. q2 ꝑmo virtual'r ponit diuisionẽ. scd̃o ꝓsequit̃ de mẽbris diuidẽtibꝰ ibi. ⁊ vna quidẽ. Quo ad ꝑmũ dicit ꝙ qualitas ſm ꝙ in cõi accipit̃ ⁊ vt est ꝑdicamentũ ẽ de nũo eoꝝ que multipliciter dicũtur supple q̃ ad supposita ⁊ nõ quo ad ſcata. quia quattuor sũt spẽs qualitatis quaꝝ ꝑma est habitꝰ ⁊ dispositio. scd̃a naturalis potẽtia vel impotentia. tercia passio ⁊ passibilis qualitas. quarta est forma ⁊ circa hoc aliquid ꝯstans figura.

Querit̃ Quot sunt spẽs qualitatis. Dicendũ ꝙ quattuor vt iã enumerate sunt q̃ꝝ sufficientia ſm doctorẽ scm̃ sic sumit̃. q2 qualitas ẽ modꝰ ⁊ determiatio subiecti ad esse acc̃ñtale. vel ergo talis determiãtõ ⁊ dispositio sumit̃ in ordine ad ipam naturam rei. aut in ordine ad ea que ꝯsequũtur naturã. si ꝑmo modo sic est habitus ⁊ dispositio. Si scd̃o modo hoc est dupliciter. quia vel disponit subiectum prout habet ordinem ad quantitatem aut ad actionem ⁊ passionẽ. si ꝑmo modo sic est quarta species qualitat̃. Si scd̃o modo hoc est iterũ dupliciter quia vel est principium actionis ⁊ sic est scd̃a species aut est terminꝰ ⁊ sic est tercia. Posset ⁊ aliter sufficientia sic poni quia omnis qualitas ꝯsequitur subam. vel ergo ꝯsequitur eam gratia materie aut grã forme. si ꝑmũ sic est quarta species. Si scd̃m hoc ẽ dupliciter. quia vel est principiũ actionis. vel terminꝰ eius. si scd̃m sic ẽ tercia species qualitatis. Si ꝑmũ hoc est dupliciter. q2 vel est principium ꝓpinquũ ⁊ sic est prima species. vel remotum et sic est secunda. videlicet natural' potentia sit principiũ agendi. habitus. tamen est principium immediatius ⁊ ꝓpinquius disponens ad actionẽ.

Arguit̃ Nullus multiplex habet species. sed qualitas est multiplex. ergo non habet species. Maior ꝓbatur. quia genus predicatur vniuoce vt patet circa diffinitionẽ vniuocoꝝ. Minor patet in littera. Dicendum ꝙ aliquid dici multipliciter potest dupliciter intelligi. vno modo sicut equiuocum vel analogum quod per prius ⁊ posterius dicitur. ⁊ tale non habet species neq3 dicitur qualitas hoc modo multipliciter. Alio modo sicut genus quod per diuersas differentias diuiditur in ea que sunt sub ipso equaliter cõtenta. ⁊ hoc modo qualitas est de numero eoꝝ que multipliciter dicuntur. Et si dicatur. cuiuslibet vnius generis sunt tm̃ due species ꝑme. sed qualitas est vnum genus. ergo non habet quattuor species primas. Maior ꝓbatur. quia omnis diuisio generis est per differẽtias contrarias. vt patet per Boetium in libro diuisionũ. ⁊ etiam per philosophũ in decimo methaphisice. sed tm̃ vnum vni est contrariũ. vt ꝓbat philosophus ibidem. Dicendum licet ista diuisio non sit bimembris. est tamen reducibilis ad bimembrẽ. vt patet per sufficientias superius datas. Etiam omĩs diuisio generis in species per differentias ꝓximas est bimembris non autẽ illa que est per differentias remotas. sicut hic. Sed aliꝗ dicunt ꝙ duplex est diuisio generis. vna est per differentias essentialiter species cõstituentes ⁊ talis est bimembris. Alia ẽ diuisio qua genus diuiditur per species siue accidens per modos quibus afficitur substantia. et talis diuisio potest fieri per multa membra. quia tales modi sunt multi. Et ponunt sic dicentes hanc differentiã inter speciem ⁊ modũ.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-226/0199
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG